Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

¶ Incipit prologus beati Hieronymi: ſuper Epiſtolis Pauli ad Senecam: ⁊ Senece ad Paulum.

Lucius Anneus Seneca Cordubenſis: Fotini Stoici diſcipulus: patruus Lucani poete: cōtinētiſſime vite fuit. Quē nō ponerem in Catalogo ſanctorū: niſi me ille ep̄le ꝓuocarēt: que legunt̄ a plīmis: Pauli ad Senecā: ⁊ Senece ad Paulū. In quibus cum eſſet Neronis mgr̄ ⁊ illius tp̄is potentiſſimus: optare ſe dicit eius eſſe loci apud ſuos cuius ſit Paulus apud chriſtianos. Hic aūt añ bienniū ꝙ̄ Petrus ⁊ Paulus martyrio coronarent̄: a Nerone interfectus eſt.

¶ Incipit epiſtola Senece ad Paulum.

Credo tibi Paule nunciatum quod heri cum Lucillo noſtro de apocriſi et alijs rebus ſermonem habuimus. Erāt em̄ quidam diſciplinarum tuarum comites mecum. Nam in hortos ſaluſtianos ſeceſſeramus: quo in loco occaſione noſtra alio tendentes. Hi de quibus dixi: viſis nobis adiuncti ſunt. Certe ꝙ tui p̄ſentiā optamus: ⁊ hoc ſcias. volo libello tuo lecto. id eſt de plurimis lr̄is aliquas ep̄las quas ad aliquā ciuitatē ſeu caput ꝓuincie direxiſti. mira exhortatōe vitā moralem ꝯtinētes: vſꝙ̄ refecti ſumus. Quos ſenſus nō puto ex te dictos: ſed ꝑ te certe aliq̄ñ ex te et ꝑ te. Tanta em̄ maieſtas earū eſt rerum: tantaꝙ̄ generoſitate clarent. vt vix ſuffecturas putem etates hoīm quibus inſtitui. ꝓficiꝙ̄ poſſint. Bene te valere frater cupio. Uale.

¶ Senece Paulus Salutem.

¶ Litteras tuas hylaris heri accepi. ad quas reſcribere ſtatim potui: ſi p̄ſentiam iuuenis: quē ad te miſſurus eram: habuiſſem. Scis em̄ q̄ñ: ⁊ ꝑ quē: ⁊ quo tp̄e: ⁊ cui quid dari cōmittiꝙ̄ debeat. Rogo ergo ne putes neglectū. dum pſone qualitatē inſpicio. Sed ꝙ lr̄is meis nos bene acceptos alicui ſcribis. felicem me arbitror tāti viri iudicio. Neꝙ̄ em̄ hoc diceris Cenſor: Zophiſta: mgr̄ tanti principis etiā oīm: niſi qꝛ vere dicis. Opto te diu bene valere.

¶ Seneca Paulo Salutem.

¶ Quedā volumina ordinaui ⁊ diuiſionibus ſuis ſtatū eis dedi. ea qꝫ legere ceſari ſum deſtinatus. Et ſi modo ſors ꝓſpere annuerit: eris forſitan ⁊ tu preſens. Sin al̄s: reddā tibi diē: vt inuicē hoc opus inſpiciamus ⁊ poſſimus non prius edere ei hanc ſcripturā: niſi prius tecū cōferā: ſi modo impune hoc fieri potuiſſet: vt ſcires ⁊ te nō p̄teriri. Uale paule chariſſime.

¶ Senece Paulus Salutem.

¶ Quotienſcunꝙ̄ lr̄as tuas audio. p̄ſentiam tui cogito: nec aliud exiſtimo ꝙ̄ omni tp̄e te nobiſcum eſſe. Cum primū itaꝙ̄ venire ceperis. inuicem nos ⁊ de primo videbimus. Bene te valere opto.

¶ Seneca Paulo Salutem.

¶ Nimio tuo angimur ſeceſſu. Quid eſt: vel que res remoratū faciunt. Si indignatio dn̄i ꝙ a ritu ⁊ ſecta veteri receſſeris: ⁊ alios rurſus conuerteris. erit poſtulandi locus. vt rōne factum nō leuitate hoc exiſtimet. Uale.

¶ Senece ⁊ Lucillo Paulus Salutem.

¶ De his quibus vel que mihi ſcripſiſtis nō licet arundine ⁊ atramēto eloqui quarū altera res notat ⁊ deſignat aliquid: altera euidēter oſtēdit. ꝑcipue cū ſciam inter vos eſſe idē quātus apud nos: ⁊ in vobis qui me intelligunt. Honor habendus eſt oībus. tanto magis quanto indignati occaſionem captant: quibus ſi patientiam demus omnimodo eos ex quacūꝙ̄ parte vincemus. ſi modo hi ſunt qui penitentiam ſui gerant. Bene valete.